

WARBURG INSTITUTE

DNH 130

d
n
h
130



LO STATUTO Suntuario BOLOGNESE DEL 1401

E IL REGISTRO DELLE VESTI BOLLATE

d
n
h
130

Fra le tante leggi suntuarie che nel corso di parecchi secoli furono pubblicate dal governo bolognese, la più importante è lo statuto del 1401 che noi prendiamo ad esame, non solo perchè più completa di tutte le altre, ma anche perchè ha in appendice un documento singolare e del massimo interesse.

Non v'ha legislatore antico che non abbia, qual più qual meno severamente, proscritto il lusso, e di questo fatto ci sono rimasti non pochi monumenti ¹. Il governo bolognese adunque non poteva fare altrimenti, e difatti ne abbiamo traccia fino nelle prime leggi che della bolognese repubblica ci sono rimaste.

Troviamo il più antico indizio di legge suntuaria negli statuti del 1260, i quali si limitavano a dire che *ulla femina*

¹ Tra i molti autori che hanno parlato del lusso, ci piace di citare Enrico Baudrillart, che nei suoi quattro volumi intitolati: *Histoire du luxe privé et public depuis l'antiquité jusqu'à nos jours*, e impressi a Parigi nel 1880, tratta l'argomento in maniera molto completa e con giustissime osservazioni.

Per Bologna in particolare, potremo indicare un libretto di non molte pagine, dal titolo seguente: *Ragionamento sopra le pompe della città di Bologna, nel quale anco si discorre sopra le perle, i banchetti et i corsi che si fanno per la città.* — Bologna, alla libreria del Mercurio in S. Mammolo MDLXVIII.

*vel domina vel aliqua alia persona de civitate Bononie, nisi fuerit publica meretrix, non debeat portari aliquam gonellam vel guarnachiam seu guarnazonem, pellem vel mantellum aut zupam vel aliud indumentum sive mantaturam, quod tangat terram vel possit tangere terram ab aliqua parte, nec regogulum aliquod, quod sit triplica ultra medium brachium*¹. Ma negli statuti del 1289 e in tutti quelli del secolo XIV, parecchie rubriche sono dedicate alle disposizioni suntuarie, sotto il titolo di trattato dei delitti pertinenti al notaio del Podestà deputato alle Corone e ai Vestimenti delle donne². Come non è nostro proposito di far la storia delle leggi suntuarie in Bologna, sarebbe fuor di luogo l'estenderci qui ad esaminare minutamente il contenuto di quegli statuti, e però noi ci accontenteremo di indicarne i punti principali.

Una rubrica intorno agli spoziali, proibiva di far doni alle spose novelle, limitava il numero delle persone che potevano essere presenti ai conviti e il numero dei piatti, non permettendo che vi si andasse a cavallo. Un'altra rubrica trattava dei funerali e per essa volevasi moderarne l'eccessiva pompa col determinare il numero dei ceri, delle croci, degli uomini e dei chierici, e delle campane che potean suonare; col proibire le dimostrazioni di dolore troppo appariscenti, le congreghe di coloro che avean preso parte all'accompagnamento e le arringhe in lode del defunto; coll'impedire di porre al morto vesti di lusso, di invitare molte persone in quei tristi giorni e ai magistrati di prender parte a funerali; collo stabilire infine le qualità, le forme e il valore dei veli di duolo e le persone cui era lecito portarli.

La rubrica degli ornamenti muliebri proibiva in genere gli ornamenti di metallo prezioso — fatta eccezione, purché di peso e valore limitato, per le cinture e i maspilli per le affibbiature del collo

¹ FRATI, Statuti di Bologna, I-310.

² Archivio di Stato di Bologna. — Archivio del Comune. Statuti del 1289 a c. 28 r.; del 1335 a c. 249 r.; del 1352 a c. 185 v.; del 1357 a c. 163 r.; del 1376 a c. 251 v.

e delle maniche — i tessuti e le trecce d'oro e d'argento, le vesti a intagli e di certe ricche stoffe, i cappucci scoperti in capo e il varo e l'ermellino sul lato esterno degli abiti. Metteva ancora fuori della legge chi portasse in dito più di tre anelli, e gli orefici e i sarti se avessero fatto oggetti di qualità e forma proibita dagli statuti. Obbligava il padre per la figlia, l'avo per la nipote, il marito per la moglie, il fratello per la sorella, e esentava dall'osservanza di queste disposizioni le famiglie degli uomini d'arme e dei dottori di legge e medicina.

Inoltre questa rubrica dichiarava che, quanto alle vesti già fatte, la legge non avrebbe avuto effetto, diremo così, retroattivo, e che anzi sarebbe stato lecito portarle per un certo tempo determinato, purché descritte in apposito libro del notaio delle Corone. Questa disposizione è molto importante per noi, dovendosi ricercare in essa l'idea donde trasse origine una disposizione ben più caratteristica che è nello statuto suntuario del 1401.

Il Ghirardacci¹ ci lascia ancora memoria d'una provvisione del 1297, la quale prescriveva presso a poco le stesse cose che lo statuto dell'89; ma due anni dopo il Consiglio del popolo, occupandosi di nuovo degli ornamenti preziosi, permetteva alle donne di portarne, purché pagassero ogni anno al Comune, cento soldi bolognesi della loro dote².

L'invigilare sull'osservanza di questi precetti era attribuzione del giudice delle acque, strade e ponti, che avea giurisdizione eziandio sulle meretrici, sul porto d'armi e su tutto ciò che riguardava la pulizia urbana. Fra le centinaia di contravvenzioni che quel giudice ogni anno faceva a chi non osservasse gli statuti, troviamo nel 1300 un'inquisizione fatta d'ordine del podestà Pino de' Rossi di Firenze, per sapere se alcuno violasse quanto era prescritto intorno al lusso. Ben centododici testimoni e forse più, furono in diversi giorni festivi interrogati a questo proposito nelle varie chiese della città,

¹ Storie di Bologna, I-348.

² Archivio di Stato. — Comune. Riformazioni del Consiglio del popolo, vol. Q a c. 243 r.



ma tutti attestarono con giuramento, di non sapere che alcuno avesse mancato¹.

Invece in un volume di atti giudiziali del Podestà, che contiene le contravvenzioni fatte dal notaio delle Corone e delle Vigne dal 13 luglio 1365 al 21 giugno 1366, se ne vedono settantaquattro in materia di ornamenti femminili, quattro riguardanti sponsali e una relativa a pompe funebri. Quest'ultima però fu annullata, per non aumentare in un padre disgraziato il dolore di aver perduto un figlio².

Le disposizioni contenute negli statuti eran pubblicate in volgare dai banditori del Comune, che erano quattro, uno per quartiere, nel secolo XIII, e otto nel XIV. Dopo ciò i banditori si presentavano all'ufficio del Podestà per renderne conto, e allora in appositi registri, da un notaio di quell'ufficio erano descritte le relazioni delle gride e dei bandi pubblicati³.

* * *

Già fin dal 1398, con una provvisione del 18 luglio, i sedici ufficiali deputati alla riforma degli statuti, si sforzavano di limitare l'eccessivo lusso con disposizioni più ampie⁴, ma lo statuto del 1401 che forma oggetto del nostro studio, ebbe uno sviluppo assai maggiore di tutti i precedenti. È composto di molti capitoli, e le principali norme che prescrive, oltre tutte le precauzioni che prende per l'osservanza delle medesime, sono le seguenti.

Esso proibiva alle donne di portare altri ornamenti preziosi all'infuori di tre oncie d'oro e d'argento sul capo, di dodici d'argento sulle vesti, oltre sei per le cordelle, e meno per gli

¹ Archivio di Stato. — Comune. Ufficio del giudice delle acque, strade e ponti. Volume di atti del 1300, segnato anticamente col n. 29.

² Archivio di Stato. — Comune. Atti giudiziali del Podestà. Volume del 1365-1366, segnato anticamente col n. 334.

³ Questi volumi si trovano nell'archivio di Stato, fra i libri di atti giudiziali del Podestà.

⁴ Archivio di Stato. — Comune. *Provisioni del Comune dal 1398*, a c. 13 v.

abiti di velluto e di seta; non concedeva più di tre anelli in dito e di una cintura d'argento, purchè non vi fossero incastrate pietre preziose. Proibiva ancora di portare pelli di certi animali, ed abiti di certe stoffe ricche, ricamate o foderate di ermellino e d'alcune altre pelli. Prescriveva che le maniche degli abiti all'estremità, non fossero più larghe di due braccia all'intorno e più lunghe del braccio e della mano di chi le portava; i manicotti lunghi non più delle braccia e larghi tre oncie, e le vesti, larghe intorno ai piedi non più di dieci braccia, e lunghe non più della donna colle scarpe; ordinava che le frangie non potessero essere che di lino o di lana, e le scarpe di altro cuoio che bianco o nero, e non dipinte, intagliate o ricamate. Che nessuna donna potesse avere più di due vesti di seta; che i mobili che si compravano in occasione d'uno spozializio non superassero il prezzo di cento lire bolognesi; che in nessun banchetto potessero essere presenti più di ventiquattro donne estranee alla famiglia di chi lo dava, e che in occasione di nozze non si potessero far doni alla sposa, e certe altre superflue spese. Stabiliva infine che le vedove non portassero abiti da lutto e veli di maggior valore di quaranta e di quindici lire bolognesi rispettivamente, e che nei funerali non ardessero più di otto doppiieri.

Lo statuto inoltre toglieva, come i precedenti, certe restrizioni per gli uomini d'arme, pei dottori e per le loro donne; teneva obbligato il padre per la figlia, l'avo e lo zio per la nipote non maritata ed abitante con loro, il marito per la moglie, e il suocero per la nuora coabitante, e dichiarava che all'osservanza delle regole sulle vesti e sugli ornamenti non fossero tenute le donne del forese.

Nel secolo XV e nel seguente, numerosissime sono le provvisioni e i bandi sull'ornato delle donne e sul lusso. Annoverare le une e gli altri, sarebbe cosa impossibile e del resto anche inutile: ci limiteremo pertanto a citare, fra le prime, quella fatta al tempo del Legato cardinal Bessarione¹, e un'altra pubblicata nel 1474².

¹ Archivio di Stato. — Comune. Libro *Novarum provisionum* a c. 132.

² Archivio di Stato. — Comune. Libro *Novissimarum provisionum* a c. 43 e 173.

Lo statuto del 1401 dichiarava che per quanto riguardasse le vesti delle donne, esso avrebbe cominciato ad aver vigore il 25 gennaio, senza effetto retroattivo. Perciò non sarebbero state oggetto di contravvenzione le vesti, ancorchè di forma proibita, fatte a tutto il giorno 24 dello stesso mese; ma quanto alle altre, ordinava che tutte le vesti nuove, perchè potessero esser portate, dovessero essere bollate col sigillo degli Anziani, e che in apposito registro fossero descritte. Infatti ci è rimasto il registro che allora fu aperto e nel quale furono diligentemente descritte da un notaio degli Anziani le vesti che le gentildonne bolognesi portarono a far bollare dai due frati delegati a custodire il sigillo del Comune. Nei giorni 25 e 26 gennaio furono bollate dugentodieci vesti, e fra queste ne troviamo alcune di forma proibita; ma essendo state fatte anteriormente al giorno 25, furono da quel bollo rese legali.

Lo statuto, con questa strana disposizione, che si collega in certo modo a quella già menzionata degli statuti del secolo xiv, era d'attuazione così difficile che ben presto forse si trascinò di eseguire quanto esso prescriveva. Dopo quelle dugentodieci vesti bollate in due giorni, che certo non potevano essere se non una piccola parte di quante erano allora nella città, nessuna più compare descritta nel registro, il quale nelle sue molte carte in bianco, fu poco appresso destinato ad altro uso. Ciononpertanto il documento è importantissimo, e ci fornisce un prezioso materiale per istudiare le foggie delle vesti e le qualità delle stoffe usate in quel tempo.

I due documenti che noi abbiamo preso ad esame — non v'ha bisogno di dirlo — si trovano nell'archivio di Stato di Bologna, e precisamente nell'archivio del Comune, sezione di governo. Sono benissimo conservati, e già fin da parecchi anni or sono s'intratteneva sui medesimi Ottavio Mazzoni Toselli nei suoi *Racconti storici estratti dall'archivio criminale di Bologna*¹. E d'uno d'essi, del registro delle vesti bollate, hanno

¹ Volume I. — « Delle vesti muliebri usate anticamente in Bologna. »

avuto occasione di parlare anche i sottoscritti, in due più recenti pubblicazioni¹.

Il primo di questi documenti, cioè lo statuto, non ha quasi affatto bisogno di annotazioni, mentre l'altro offre largo campo a note e ricerche critiche. E perchè ognuno abbia il suo, crediamo opportuno di dichiarare qui che, abbiano o no valore, questi brevi cenni sono fatica del secondo dei due sottoscritti, mentre al primo di loro si devono le note poste a corredo dei due documenti che hanno formato oggetto di questo studio.

LUIGI ALBERTO GANDINI

UMBERTO DALLARI

¹ *De arte textrina*. Conferenza tenuta nei locali dell'esposizione dei tessuti e merletti il giorno 23 marzo 1887, dal conte LUIGI ALBERTO GANDINI. Roma, Civelli 1887. A pag. 20.

Dell'Anzianato nell'antico Comune di Bologna. Memoria presentata alla r. Deputazione di storia patria per le Romagne, dal socio UMBERTO DALLARI. Bologna, Fava e Garagnani 1887. A pag. 15.

STATUTO SUNTUARIO

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo quatringsentesimo primo, inditione nona, die penultima mensis ianuarij, tempore pontificatus domini Bonifacij divina providentia pape noni. Quia decet quoslibet rem publicam gubernantes subditos suos conservare locupletes et eorum utilitates et comoda promovere, curamque et diligentiam adhibere possetenus ut per ambitiosas, inutiles et immoderatas expensas suas non dissipent facultates, ideo sapientes et discreti viri domini Thomas de Sancto Iohanne et Nicolaus de Azzoguidis legum doctores, Iohannes de Monterinzoli, Iacobus Plevalis et Matheus Fucij notarij et procuratores, Bartolomeus Bologninj de Seta, Laurentius de Mattaselanis, Zannus de Malvicijs et Georgius de Bonsignoribus mercatores, omnes cives bononienses, statutarij et officiales ad statuta communis Bononie revidenda, corrigenda et de novo etiam ut expediens eis videbitur compilanda, legitime electi et deputati etiam auctoritate generalis Consilij sexcentorum populi et communis Bononie, ut supra in generali titulo statutorum plenius continetur.

1. — Volentes immoderatis sumptibus, vestibus et ornamentis mulierum salubriter obviare, quos nec etiam interdum mariti valent supportare, desiderantesque quod res publica bonis et honestis moribus poleat et maxime Deo placentibus, statuerunt quod nulla mulier cuiuscumque conditionis et status existat possit alicuius ornatus causa portare vel super se habere aliquas zemmas seu aliquos lapides preciosos, perlas, nacharas, aurum vel argentum deauratum vel smaltatum vel non, nec aliquam coronetam, zugliellum, ghirlandam vel frascatam de auro vel de argento seu perlis, nisi ut infra continetur. Liceat tamen eis supra capud portare tres untias argenti aut auri filati quocumque modo velint et mixti et non mixti cum sirico vel alia re non prohibita; possint tamen portare tretias tam deauratas quam non deauratas modo consueto.

2. — Item non possint portare super se vel ornatus causa habere aurum vel argentum salvo quam possint portare argentum tam deauratum quam non, vel smaltatum, in et super vestibus seu ornamentis usque ad pondus duodecim unciarum et non ultra, in hijs non computatis aliquibus cordellis deauratis vel non deauratis quas portare et super se ornatus causa habere possint usque ad pondus sex unciarum et non ultra, et prout eis placuerit ut infra; ita tamen quod super aliqua veste veluti vel sirici alicuius maneriei de novo fienda habere et deferre non possint ultra duas uncias argenti deaurati vel non deaurati, affixi dictis vestibus, sub pena ammissionis ipsius argenti prohibiti et decem librarum bon.

3. — Item quod possint portare ultra predictas duodecim uncias et sex uncias in cordellis ut supra, unam centuram vel tessutum seu cintolam de argento deaurato vel non deaurato, smaltato vel non smaltato, dum tamen pondus argenti, auri et smalti centure, tessuti vel cintole deferendum, cum omnibus eidem sutis vel affixis, non excedat quindecim uncias, nec eidem centure, tessuto vel cintole sint vel esse possint claudate vel chivate aut affixe alique perle vel lapides preciosi, sub pena ammissionis centure, tessuti et cuiuscumque alterius cintole prohibite ut supra portari.

4. — Item non possint portare aliquod perfilum maioris latitudinis seu altitudinis panceie vari vel varotte ad aliquam vestem sub pena quinque librarum bon. Ita tamen quod ad aliquem gambanum vel saccum portare non possint aliquod perfilum pellis alicuius animalis silvestris.

5. — Item non possint portare in digitis ultra tres annulos quos portare possint cum zemmis, perlis et alijs lapidibus preciosis vel non, prout eis placuerit. Et si fuerit reperta portare in digitis ultra dictos tres annulos, incidat penam librarum decem bon. pro quolibet alio annulo et ammissionis annuli ultra numerum predictum.

6. — Item non possint portare aliquam vestem de veluto affiguratam vel cum pilo longo vel levato non polito quovismodo, nec aliquam vestem de brochato de auro vel de argento aut de pano lane vel sirici testato et misto auro vel argento, sub pena ammissionis vestis prohibite et librarum decem bon. Nec possint portare gabanum seu sachum perflatum ad collum, latiori perfilo quam sit latitudo unius uncie, sub pena librarum quinque bon. Manice autem cuiuscumque

vestis non possint esse latiores in aliqua sua parte duobus brachijs mensurando circumeirca, et non possint esse longiores quam sit brachium cum manu mulieris vestem deferrentis. Manichas autem ad formam manteghelli portare possint, ita tamen quod talis manica in aliqua parte non sit latior vel longior quam de alijs manicis supra proxime dictum est, sub pena decem librarum bon. Manice tamen vestium uxorū, nūruū et filiarum militum seu doctorum iuris civilis, canonici vel medicine, esso possint latitudinis duorum brachiorum cum dimidio, mensurando circumeirca ut supra.

7. — Item non possint portare seu vestitam habere aliquam vestem in aliqua sui parte recamatam nec aliquos bottones seu maspillos rechamatos, nisi essent vestes veteres descriptas et bullatas ut infra dicitur; nec etiam deferre ad collum, ad pectus vel ad brachia nec in aliqua parte persone aliquem zugliellum vel aliquam divisam vel collarium alicuius precij vel generis, sub pena ammissionis talis rei prohibite portari ut supra, et decem librarum bon.

8. — Item non possint portare aliquas vestes federatas de aliquibus pellibus, videlicet armelini, varij et dossibus varij, squirattulorum, varottarum et martirellorum vel alterius animalis silvestris in totum vel pro parte, sute vel non sute ipsis vestibus de subtus vel desuper, sub pena ammissionis ipsius vestis et decem librarum bon. Salvo quod liceat eis portare de pellibus dossorum varij, squirattulorum, varottarum et martirellorum, non tamen armelini, pro vistic manicarum vel perfilis seu filitis. Viste enim manicarum esse non possint ultra quam sint tres dossi varorum in longitudine, sub pena librarum decem bon.

9. — Item non possint portare aliquos maneghetos sub manicis, longiores quam sint brachia mulieris deferrentis, sub pena librarum quinque bon.; qui tamen maneghetti non possint esse de pano auri vel argenti vel in quo aurum vel argentum sit contextum et mistum.

10. — Item non possint portare manigottos ad aliquas suas vestes quovismodo latitudinis maioris mensure trium unciarum federatos vel non federatos, sub pena librarum quinque bon.

11. — Item non possint portare gabanum vel vestem aliquam que sit circa pedes maioris latitudinis decem brachiorum, sub pena perditionis dicte vestis; nec etiam possint portare aliquas vestes novas factas ad turlos, scaglias, undas vel ad intaglios vel ad aliam formam

seu figuram novam, quam ad formam et fogiam que hucusque fuerit comuniter publice et palam facta et portata per civitatem Bononie per dominas huius civitatis seu magnam partem earum, sub pena decem librarum bon. et perditionis talis vestis. Nove autem vestes intelliguntur que facte fuerint post xxv presentis mensis ianuarij, nec etiam vestes veteres ex forma huius capituli prohibitas portare possint, nisi descripte fuerint et bullate ut infra.

12. — Item non possint portare ad manicas vel ad aliquam partem vestis aliquam frangiam de sirico vel de auro vel de aliquo filo, preterquam de lino vel de lana.

13. — Item non possint portare aliquam vestem que sit longior quam sit domina cum planellis; possint tamen non obstantibus supra dispositis portare vestes factas per totam vigesimam quartam diem presentis mensis ianuarij, non obstante quod sint prohibite ex forma presentis ordinamenti, exceptis tamen diebus quadragesime, quibus diebus et etiam ad nuptias aliquas seu festum nuptiale tales vestes factas alias prohibitas, portare non possint, sub pena amissionis talis vestis. Dumtamen manice talium vestium factorum que essent latiores vel longiores quam supra dictum sit, reducantur ad formam permissam, de qua supra continetur, et dum tamen in eis vel super eis aut super aliqua veste non sint perle vel aliquod aurum vel argentum ultra pondus supra permissum, non computatis in ipso pondere recamaturis vel cordellis vel auro contesto et misto ut supra. Que vestes ut supra facte et reducte portari possint et non aliter, sub pena predicta, et si deferrentur contra formam predictam, intelligantur esse prohibite. Ita tamen quod ipse vestes veteres que ut supra permisse sunt portari, et que si nove fierent prohibite sunt portari ut supra, dari debeant in scriptis modo et forma deputandis per dominos Antianos presentes, infra terminum per ipsos dominos Antianos statuendum, et bullari bulla ordinanda per dictos dominos Antianos. De quibus vestibus factis, fieri debeat unus liber in forma publica, qui debeat deponi ad Cameram actorum communis et populi Bononie, in quo scribi debeant qualitas pani et vestis et nomen persone mulieris et eius viri si est nupta, alias eius patris et capella in qua habitat, sic quod cognosci possit et sciri tam mulier cuius est vestis, quam vir seu eius pater.

14. — Item non possint portare aliquam vestem super alios panos

de dorso earum que sint sine manicis vel que non habeant manicas longas saltem quantum est longitudo brachij domine, ipsam vestem deferentis. Declarantes insuper quod si qua vestis vetus ad usum domine seu mulieris de pano lane vel sirici facta reperiretur, que haberet seu super qua affixa, suta vel anexa esset aliqua quantitas argenti deaurati vel non, seu cordellarum auri ultra pondus supra ordinatum, seu que esset recamata alio recamo quam de perlis, talis vestis deferri possit impune, si ipsa vestis ex sui inspezione vel per probationes que legitime fierent, facta esse reperiretur a tribus annis proxime retroactis retro. Et idem inteligatur de mantellis et cappis, ad usum mulierum, veteribus, per totam xxv diem huius mensis ianuarij factis et federatis de vario, varottis vel dossibus varij vel alia pelle; qui et que impune deferri possint, quamvis vestes in hoc capitulo descripte non fuerint, bullate vel date in scriptis. Uxores autem et matres militum vel doctorum, vidue vel uxorate ut supra, mantellos et cappas etiam in futurum fiendas et fiendos, federatos et federatas de varotta, varo vel dossibus vari aut alia pelle quam armelino, impune deferre possint etiam si non sint bullate vel aliquid scripte. Decernentes insuper quod alicui mulieri tempore nuptiarum vel postea quodcumque fieri non possint nec habere ultra quam duas vestes de sirico, non tamen prohibitas ex forma presentis ordinamenti, sub pena ammissionis vestis prohibite et decem librarum bon.

15. — Item non possint portare aliquos paternoster¹ vel aliquid aliud loco paternoster, quorum seu cuius extimatio et valor in totum

¹ **Paternoster.** — Fino dai primi secoli della Chiesa questa prece ebbe una parte principale nel culto cristiano; la troviamo in tutte le liturgie e fu simbolo di fraterna concordia. Per questa ragione, anticamente dopo il *Pater noster* della messa davasi agli astanti il bacio di pace.

Non v'ha dubbio che l'oggetto così denominato, cui si riferisce lo statuto bolognese, abbia altro significato all'infuori della così detta corona del rosario, composta di grani trapassati da un filo, e che, mentre si scorrevano fra le dita, si recitasse, come anche oggi, la salutatione angelica, sempre cominciando dal *Pater noster*.

Alcuni storici pretendono sia stato l'uso di questa prece istituito da san Domenico, ma il Mabillon — *Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti* — e i Bollandisti, sono d'opinione che sia stata introdotta dai primi monaci, i quali avrebbero appreso questa devozione dall'Oriente.

Nel medio evo fu molto in uso di portare la corona del rosario alla cin-

excedat sumam quindecim librarum bonon., sub pena ammissionis eorum.

16. — Item non possint decetero portare in pedibus aliquos subtulares nec aliquas planellas cum punctis longioribus media uncia, vel que sint piete, intagliate vel recamate seu sbuciate in totum vel pro parte, aut que sint de aliquo corio quam de corio nigro vel albo. Nec etiam deferre possint aliquas caligas solatas vel scofones solatos nec contisatos in aliqua forma, sub pena cuiuslibet contrafacienti librarum quinque bon. pro qualibet vice, et eandem seu similem penam incurrat quilibet calzolarij qui aliquid de supra prohibitis fecerit. Et ad obviandum fraudibus que committi possent per dominas, providerunt quod si aliqua domina decetero per aliquem ex officialibus deputandis ad predicta, inventa fuerit aliquam vestem prohibitam deferre et seu inductam esse de aliqua veste prohibita, seu deferre pro ornatu sue persone aliquid ex supra prohibitis, et talis do-

tura. Le persone agiate l'ebbero d'ambra, di corallo, di cristallo di rocca; ma prese ancora maggiore importanza il lusso di queste corone durante il secolo xiv, e si portarono d'oro, talora smaltate ed ornate di perle e pietre di grande valore. Le dame del tempo se ne adornarono il collo e le braccia, e spesso, dopo averne fatto uso, donavano questi *pater noster* ai loro favoriti con sentimento tutt'altro che religioso. Qualche volta erano le dame che preferivano riceverne in dono, e Viollet le Duc ricorda che Agnese sorella di Carlo II, re di Navarra dal 1352 al 1387, giovinetta di 17 anni, scriveva al poeta Guglielmo de Machau, di cui era innamorata, benchè egli avesse 50 anni: « *Mon tres doulz cuer, je vous envoie ce que vous m'avez mandé et vos patenostres, et vous promet loyalement que je les ai portées, tout en l'estat que je vous les envoie, deus nuis et trois jours sans oster d'entour moi* »

Sembra che l'uso di questi *pater noster* fosse più in voga in Francia che in Italia.

Il CECCHETTI nelle sue note su *La vita dei Veneziani nel 1300* — Venezia, Tip. Emiliana, 1886, a p. 105 — ricorda che « grandissimo uso facevasi nel recitare il rosario, ma anche per ornamento al collo, di perle, o grani, denominati dall'uso principale paternostri ». Però negli inventari di guardaroba estensi, non ci fu dato peranco di trovarne memoria, e nemmeno il Campori nei suoi cataloghi raccolti con tanto amore e pubblicati nel 1870, al capitolo dei gioielli estensi, fra molti oggetti d'oreficeria, smalti e nielli, trovò indicazione alcuna che si riferisse al *pater noster*; dunque il vederlo citato nello statuto bolognese vuolsi considerato un esempio piuttosto raro e interessante.

mina mutaverit sibi nomen vel mariti, talis domina incidat pro quolibet vice penam librarum decem bon., et quod per dominum Potestatem seu Capitaneum populi seu per aliquem alium officialem condemnationem aliqua occasione aliquorum contentorum in presenti ordinamento, fieri non possit de contrafaciente in aliquo casuum predictorum, nisi ante condemnationem ex parte talis officialis, domina vel persona condenanda et eius maritus et seu alius quilibet qui ad condemnationem seu solutionem condemnationis fiende teneretur ex forma huius ordinamenti, citentur, semel inventi et bis non inventi, ad eorum defensionem faciendam, cum assignatione termini trium dierum. Et si domina citata vel alius citatus ut supra comparuerit per se vel alium, et allegaverit dominam citatam non esse illam que per officialem inventa et scripta fuisset, tunc an sit illa et eadem domina vel non, stetur declarationi officialis predicti prius revisa per talem officialem qui inventionem fecisset domina ut supra citata ad petitionem comparentis in aliqua ecclesia civitatis Bononie vel in domo habitationis talis domine citate. Et si contrafecerit non valeat condemnatio ipso iure.

17. — Item quia in mobilijs, scrineis, chofanis et chofanellis que fiunt pro sponssis, expense immoderate et excessive fiunt et occurrunt, quibus obviare volentes, providerunt quod expensa que pro parte vel ex latere sponse fieret in scrineis seu coffanis et coffanello ac mobilijs et alijs que in cofanello ponuntur, in totum excedere non possit summam centum librarum bon. Ita tamen quod aliqui scrinei vel coffani qui pro parte vel ex latere sponse mitterentur ad domum sponsi, non possint fieri vel esse tarsiati, nec aliqua quantitas auri fini vel argenti deaurati possit eis affigi, annetti vel imponi, sub pena contrafacienti ammissionis scrineorum et coffanorum, et cuilibet magistro lignaminis scrinea predicta seu chofanos facienti contra formam predictam, librarum decem bon. pro quolibet scrineo vel chofano. Chofanellus autem cuiuslibet sponse possit esse deauratus et pictus; ita tamen quod expensa ipsius chofanelli et scrineorum seu chofanorum et omnium mobilium ut supra, excedere non possint dictam summam librarum centum bonon.

18. — Item in quolibet casuum predictorum ubi dicte mulieres in facto huiusmodi penas incurrerent, teneatur pater pro filia, avus et patruus pro nepte non nuptis, secum in domo et familia habitantibus;

et maritus pro uxore, sive socer pro nuru in eadem domo et familia habitantibus, et ipso facto de dote ipsius mulieris, que nupta esset, deducantur; et frater maior vigintiquinque annis pro sorore non nupta in familia et domo ipsius fratris habitante. Additentes quod semel tantum in unaquaque die qua mulier aliqua contrafecisset predictis fuerit inventa, penam predictam dicatur incurrisse. Et ut mariti diligentiores existant, providerunt quod pro unaquaque vice qua uxor alicuius fuerit inventa contrafecisset predictis, extimum mariti in communi Bononie ipso iure augeatur et auctum esse inteligatur in libras centum bonon. Et dominus Potestas vel Capitaneus et quilibet alius qui de predictis cognoverit, hoc in condensatione exprimere teneatur, et facere et curare ita et taliter quod in libro extimorum predicta additio extimi scribatur.

Preterea statuerunt quod nullus cuiuscunque status, masculus vel femina, cuiuscunque conditionis existat, audeat vel presumat aliquod ex vestimentis predictis superius prohibitis incidere, suere aut aliquem panum ad aliquam ex feminis supra prohibitis reducere vel facere, aut res supra prohibitas ei apponere seu applicare, sub pena cuilibet sartori et cuiuscunque alteri masculo vel femine, qui in predictis contrafecerit, decem librarum bon. Et similiter statuerunt et providerunt quod nullus possit aliquas coronas, frascatas, sagliottas vel figuras seu ymagines liliorum, avium, animalium, arborum vel herbarum, vel coronellas prohibitas facere, nec factas palam tenere, suendas, ponendas vel affigendas ad vestes alicuius mulieris vel pro aliqua muliere contra formam presentis ordinamenti, sub pena vigintiquinque librarum bon. cuilibet contrafacienti. Et quod prefati domini Potestas et Capitaneus presentes et qui pro tempore erunt, teneantur et debeant deputare unum vel plures ex officialibus suis discretum pro quolibet eorum, qui teneantur et debeant de predictis omnibus et singulis prohibitis diligenter et efficaciter inquirere et inquire facere, ac etiam mittere ipsos officiales, maxime diebus solemnibus et festis ad ecclesias et spitaliter ad ecclesiam ubi festum singulare et solemne fieret, seu sacerdos novus missam primam celebraret pro executione omnium predictorum; dumtamen non possint neque valeant in aliqua ecclesia aliquid dicere vel facere, propter quod divinum officium possit impediri vel turbari. Possint tamen quilibet denunciare et accusare portantes predicta vel aliquod predictorum etiam in ecclesia. Item ire teneantur dicti offi-

ciales ad domos et in domibus cuiuscunque sponsi et sponse tempore nuptiarum et diligenter inquirere de facientibus contra formam presentis statuti vel contentorum in eo, quorum officialium relationi stetur et credatur. Et quod nullus audeat vel presumat prohibere alicui dictorum officialium accessum et introitum talium domorum, sub pena viginti quinque librarum bon., ad quam penam caput domus in qua talis prohibitio fieret teneatur, et in ea condenari possit et ab eo exigi.

19. — Item statuerunt quod nemini civi incole forensi vel habitatori civitatis Bononie, etiam occasione alicuius matrimonij celebrati, contracti, facti vel decetero fiendi, liceat tempore sponsalium, nuptiarum vel matrimonij contrahendi vel alio tempore, vel in aliquo quocunque convivio habere ultra vigintiquatuor dominas non habitantes in familia et domo convivium celebrantis, sub pena quinque librarum bonon. pro qualibet domina quam ultra numerum predictum in domo reperiretur habere, ad quam penam teneatur pater familias domus in qua convivium tale fieret. Et quod aliqui domine ire vel mitti non possint modo aliquo, tempore nuptiarum vel post, ad domum sponsi seu in qua fuisset sponsa, ad reducendum sponsam ad domum patris vel matris vel parentum ipsius sponse seu alterius in cuius domo fuerit seu fuisset sponsa ipsa dispensata, sub pena euilibet domine contra formam predictam eunti et cuiuscunque dominas mittenti contra formam predictam, pro qualibet domina librarum quinque bon. Nec etiam sponsa aliqua de domo sponsi ad domum patris vel matris seu alterius in cuius domo fuisset dispensata, reduci vel ire possit eques. Et idem servetur quando ipsa sponsa de domo patris vel matris vel alterius ut supra revertiretur ad domum sponsi, non intelligendo de prima vice qua post dispensationem sponse ipsa sponsa conducitur ad domum sponsi, qua prima vice ipsa sponsa eques et pedes accedere et conduci possit ad domum sponsi prout sponso placuerit, sub pena decem librarum bon., quam penam sponsus incurrat et ab eo exigi debeat. Declarantes quod in convivio aliquo nuptiarum vel aliquo alio convivio quod fieret dominabus, dari non possint plus quam due impandiones, sub pena decem librarum bon. pro qualibet impandione, et quod ad aliquod convivium dominarum non possint dari in aliqua dictarum impandionum de perdicibus vel fasianis plus quam due perdes vel unus fasianus pro incisorio quolibet, sub pena

decem librarum bon., ad quam penam teneatur caput domus in qua convivium tale fieret et in ea debeat condenari et ab eo exigi, que ultra daretur, super quibus stetur relationi cuiuscunque officialis ad hoc deputati. Inhibentes expresse quod nemini liceat ex parte sponsi vel sponse aliqua ensenia facere de panis localibus et ornamentis vel alia re, salvo quod liceat sponso donare sponse localia et res non prohibitas ex forma huius ordinamenti, reportandas per eam in domo sponsi. Nec etiam liceat ex parte sponsi vel sponse tempore convivij nuptialis aliqua ensenia comestibilia publice vel occulte mittere alicui persone nisi eis qui sponsam duxerint ad domum sponsi vel ei qui dixerit verba matrimonialia vel de cuius domo sponsa fuerit extracta, et capellano vel fornario, nam hijs possit sponsus ensenium mittere, sed non teneatur nisi ei qui dixerit verba matrimonij ut supra. Contrafacientes autem, ipso facto penam incidant et incidisse intellegantur duorum bonon. auri pro quolibet ensenio et qualibet vice ab eisdem de facto auferrenda et applicanda ut infra.

20. — Item providere cupientes immoderatis sumptibus viduarum et que fiunt tempore viduitatis earum, statuerunt quod nulli mulieri vidue vel viduande de aliquo cive Bononie, incola vel habitante, qui beneficio civilitatis gaudere debeat tempore exequiarum vel postea, liceat habere vel portare vestes lugubres vel viduales maioris extimationis quinquaginta librarum bon., computatis foderibus, nec etiam habere velos in capite et pro ornatu capitis ipsius mulieris vidue, maioris extimationis quindecim librarum bon., sub pena ammissionis talium vestium et velorum, nec a predictis penis valeant excusari, etiam pretextu cuiuscunque relictii facti ultra summam predictam occasionibus predictis vel aliqua earum; que legata seu relicta que essent ultra quantitatem predictam et ex predicta causa, volumus non valere ipso iure in quantitate excedente summam dictarum quindecim librarum bon. et dictarum quinquaginta librarum bon., nec heres ea prestare teneatur ultra quantitates predictas. Verum quia plerumque occurrit quod viri uxorati moriuntur nullo condito testamento, relictis uxoribus, et heredes ab intestato talis morientis aliquando recusant uxorem morientis vestire et velare tempore funeris morientis vestibus et velis lugubribus, pro tanto providerunt, quod si deinceps aliquis civis vel habitator civitatis Bononie habens extimum seu extimatus ad extima communis et civitatis Bononie in quantitate trecen-

tarum librarum bon. vel abinde supra decesserit intestatus relicta uxore, quod heres talis morientis ad vestiendum et velandum ipsam uxorem tempore funeris talis morientis teneatur arbitrio boni viri, considerata facultate hereditatis et conditione dicti morientis, dumtamen expensa in talibus vestibus et velis fienda in casu predicto excedere non possit quantitatem librarum vigintiquinque bonon. si ex moriente filij successerint, nisi ipse moriens ante sui obitum in presentia duorum vel plurium testium dixerit eius uxorem non debere vestiri vel velari, quo casu vestiri vel velari expensis morientis non debeat.

21. — Item statuerunt et ordinaverunt quod si contingat aliquem mori, ad corpus seu funus ipsius esse non possint ultra octo dupleria, salvo quod predicta non intelligantur si fuerit miles vel doctor, in cuius funere possint haberi viginti dupleria et non ultra.

22. — Insuper ut predicta ordinationa perpetuum et plenum sortiri possint efectum, providerunt quod nullus civis vel forensis dicere, proponere vel arrangere aut consulere possit contra contenta in presenti ordinamento vel aliqua contenta in ipso vel propter quod derogari possit aliquibus contentis in hoc statuto. Et quilibet qui contrafecerit in predictis, ipso facto incidat in penam vigintiquinque librarum bon. communi Bononie applicandam et exigendam de facto per prefatos dominum Potestatem et Capitaneum vel alterum ipsorum. Preterea statuerunt quod quilibet possit accusare, denunciare et notificare quascunque personas delinquentes et vestes seu iocalia ut supra prohibitas et prohibita portantes et quoscunque facientes contra predicta vel aliquod predictorum publice, palam vel secrete, domino Potestati Bononie aut domino Capitaneo, et habeant et habere debeant tales denuntiantes tertiam partem pene que exigetur de tali denuntiatione.

23. — Item statuerunt quod prefati dominus Potestas et Capitaneus et quilibet eorum possint, teneantur et debeant inquirere eorum mero officio contra omnes et quoscunque delinquentes et facientes contra formam presentis statuti vel contentorum in eo vel aliqua eius parte. Ac etiam ad denuntiationem cuiuscunque denunciare volentis et quocunque modo, procedatur summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, et veritate reperta, possint condemnare omnia iura et statutorum solemnitate obmissa, preter quam in presenti

ordinamentq descripta et tradita. Et habeant et habere debeant dicti Potestas et eorum officiales ad hoc deputati qui condemnationes fecerint de condemnationibus fiendis per eos et exigendis tempore eorum officij eis exactis, tertiam partem et reliquas duas partes habeat commune Bononie, nisi esset denunciator, qui habere debeat tertiam partem condemnationis et exactionis pene fiende. Inhibentes officiali, numptijs et famullis et notarijs ad hoc deputandis predictorum dominorum Potestatis et Capitanei, quod in exercendo eorum officium camuffati, transvestiti vel soli non debeant incedere, sed semper secum habere debeant unum nuntium, et arrestare non possint quovismodo ratione vel causa aliquam mulierem; officialis tamen, ea inventa, cum ea honesto modo publice loqui possit et de eius nomine eam interrogare, et si eius nomen officiali dicere denegaret, ipse officialis investigare possit nomen et pronomen ipsius mulieris, et habito nomine mulieris et eius nomine et prenominis et cognomine, citetur mulier et eius maritus et pater et socer et frater si habet tales vel aliquem talium qui tenentur ut supra pro ipsa muliere ad penam, et etiam ipse talis qui pro muliere ut supra tenetur, et predicta citatio fiat bis nisi ipse talis vel alius pro eo in prima citatione comparuerit; quibus citationibus factis, ei qui pro muliere tenetur, ut supra, mandetur quod vestes et iocalia portata et inventa contra formam presentis ordinamenti debeat presentare, qui si fuerit negligens seu contumax condemnatur in extimatione panorum et iocalium prohibitorum et inventorum. Quam extimationem officialis qui de predictis condemnationem fecerit, declarare in condemnatione teneatur, quam tamen extimationem et declarationem facere non possit ipse talis officialis in condemnatione fienda, in maiori quantitate quinquaginta librarum bon. Demum dictus officialis eius officium exercere possit in condemnando et puniendo secundum formam presentis ordinamenti. Ad quas penas solvendas supra et impositas, predicti et quilibet predictorum et infrascriptorum per dominum Potestatem civitatis Bononie et dominum Capitaneum populi vel alterum eorum qui per tempora fuerint realiter et personaliter incontinenti, elapsis decem diebus a die condemnationis, compellantur, facta sibi remissione quinte partis si solverit infra decem dies. Et ille qui talem condemnationem exegerit, etiam si non fuerit ille qui condemnaverit, sed fuerit eius successor vel alius officialis condemnante negligente vel eius officio functo

seu finito, habeat partem dicte condemnationis quam habere debebat his qui condemnationem fecit.

24. — Item statuerunt quod quilibet dictorum officialium debeat sollicite de predictis inquirere et repertas et denuntiatis culpabiles condemnare, et suum officialem mittere ad loca ad que fuerit requisitus, et condemnationes exigere et nulli ignoscere, sub pena centum bonon. auri ab ipso officiali negligente vel remisso exigenda, tempore sui sindicatus. Et sindicus seu syndici dictorum domini Potestatis et Capitanei teneantur et debeant tempore sindicatus talis officialis legitime et solemniter inquirere, etiam nullo instante vel petente, utrum dicti domini Potestas et Capitaneus et eorum officiales ad predicta spetialiter deputati fuerint negligentes vel remissi in eorum officiis rimando et solemniter inquirendo de facientibus contra formam presentis statuti et contentorum in eo et inventiones ad efectum non perducendo. Et si reperiretur ipsos vel aliquem ipsorum fuisse negligentes vel remissos, puniantur et condemnentur in pena predicta centum bon. auri, applicanda communi Bononie. Et quilibet possit accusare et denunciare dictum officialem de predictis et quolibet predictorum tempore sui sindicatus, et habeat quartam partem condemnationis fiende, cum exacta fuerit. Et iniungimus Sindico communis Bononie, qui pro tempore sindicatus talium officialium fuerit, ut in petitione quam fecerit et porrexerit Sindicis contra tales officiales, teneatur de predictis facere spetiale capitulum, quod si fecerit et eo vel propter illud secuta fuerit condemnatio, habeat quartam partem condemnationis predictae, condemnatione exacta. Et ne dicti officiales vel aliquis eorum de predictis vel aliquo predictorum possint ygnorantiam pretendere, statuerunt et ordinaverunt quod notarij ad Cameram actorum deputati vel unus eorum pro omnibus, teneatur presentibus dominis Potestati et Capitaneo et cuilibet eorum infra quindecim dies postquam fuerint presentia ordinamenta ad cameram actuum posita, et novis et futuris Rectoribus predictis et cuilibet eorum infra decem dies ab introitu eorum officij, dare et presentare unam copiam presentium ordinamentorum in bambace, et eis et cuilibet eorum dicere quod debeant presentia ordinamenta facere observari, de qua presentatione fieri faciant publicum instrumentum, sub pena vigintiquinque librarum bon. notarijs dicte Camere.

25. — Item providerunt et statuerunt quod condemnati vel condemnate ex vel pro aliquo ex suprascriptis supra prohibitis, non possint appellare vel reclamare vel supplicare vel de nullitate dicere in principio, medio vel fine processus vel post condemnationem, sed predictis vel aliquo predictorum non obstantibus, fiat condemnatio et exactio ut supra.

Addientes quod presens ordinamentum vestium et aliorum portari vel haberi prohibitorum ut supra, non se extendat ad uxores vel nurus aut ad filias vel sorores vel neptes non nuptas aliquorum officialium provisionatorum, stipendiariorum forensium vel aliorum forensium non incolarum seu habitatorum civitatis Bononie minori spatio quinque annorum, nec ad ipsas tales forenses; que vestes et ornamenta deferre et habere possint impune, non obstantibus prohibitionibus supradictis, dummodo tales uxores, nurus vel filie aut neptes sint etiam forenses ut supra.

Ut autem predictorum notitia habeatur, providerunt quod presentes domini Potestas vel Capitaneus ad cuius notitiam fuerint per superstem vel notarios Camere actorum hec ordinamenta deducta ut supra et eorum in officio successores, debeant in locis publicis et consuetis per alterum ex bannitoribus communis Bononie facere publice proclamari et efectum huius ordinamenti vulgariter legi in proclamatione fienda in locis consuetis per civitatem Bononie, et quod omnes cuiuscunque conditionis et status existant, omnia et singula supra disposita et ordinata debeant observare et in aliquo non contravenire, sub pena et penis in hoc ordinamento contentis; salvo tamen quod dictum est de forensibus et eorum uxoris, nurus, filijs, sororibus et neptibus, et similiter salvis et exceptatis in presenti ordinamento dispositis et declaratis, scientes quod diligens discussio et inquisitio fiet de predictis, et reperti culpabiles punientur secundum formam presentis ordinamenti. Non obstantibus in predictis vel aliquo predictorum aliquibus statutis, provisionibus vel ordinamentis communis Bononie de vestibus mulierum et alijs supra dispositis disponentibus, seu aliquibus alijs contra vel aliter disponentibus, quibus omnibus expresse et spetialiter derogatum esse voluerunt et presens ordinamentum debere decreverunt et mandaverunt ceteris prevalere et pro statuto communis Bononie debere ab omnibus efficaciter et inviolabiliter observari atque censi et statuti vires et robur plenius obtinere.

L. † S. Ego Manentinus Blanchi Manentis olim domini Bagarotti, publicus imperiali et communis Bononie auctoritate notarius et nunc notarius, pro communi Bononie, suprascriptorum dominorum Statutiorum et officialium, predictis omnibus interfui et ea statuta de ornamentis et alijs sub precedenti titulo comprehensa, omnia de predictorum officialium mandato scripsi et publicavi et ea incipere habere vires voluerunt et mandaverunt ipsi statuterij et officiales die ultima ianuarij millesimj quatrincentesimi primi, inditione nona, qua die depositata et consignata fuere ad Cameram actorum populi et communis Bononie suprascripti, signumque meum apposui consuetum in robur et testimonium omnium premissorum.

REGISTRO DELLE VESTI BOLLATE

